

3. Sentent.

Tertia opinio est nostri Titelmani capit. 7. prædicabiliū, quē sequuntur Copulata Louaniensis capite de Proprio, & Accidente; Soto ibidem, & Mercatus folio 24. affirmans genus hic esse vniuersale inclusum in illa particula, quod; & vnico argumento probatur. Vniuersale in communi est genus ad quinque prædicabilia: ergo vnum quodque, si diffinitur, diffiniri debet per illud: sed genus hic diffinitur: & vniuersale in eius diffinitione non ponitur explicite: ergo ponitur implicite in illa particula, quod, quæ ipsum vniuersale includit.

4. Sentent. Doctoris.

Quarta tandem sententia est Doctoris in hac quæst. 8. Dicendum: & in solutione ad quartum, & omnium suorum ibidem: asserens diffinitionem vniuersalis esse genus in hac diffinitione: pro qua notandum primo, quod cum diffinitio, & diffinitum conuertatur, loco alienius diffinito potest poni eius diffinitio: & cum diffinitio cuiuscunque rei ex duabus partibus, ex genere, scilicet, & differentia constet, loco cuiuscunque partis possumus ponere illius diffinitionem: vt cum diffinitio hominem per animal rationale: loco animalis collocare possumus illius diffinitionem, sic dicendo: homo est viuens sensibile rationale.

2. Notand.

Secundo notandum: quod; vt partim supra diximus: prædicabile sumitur large, & transcendenter: & strictè, ac limitate: & hoc secundo modo, si sumatur formaliter, conuertitur cum vniuersali tanquam propria illius passio: si vero sumatur radicaliter est idem, quod vniuersale, cuius essentia est esse vnum comparabile de multis, seu esse prædicabile de multis: vide supra in proprijs locis.

5. Conclus.

Dicendum primo. Genus potest diffinitione quidditatiua diffiniri: hæc est communis: & patet: tum quia quidditatiue diffinitur: tum etiam quia habet verum supra se genus, & habet veram differentiam: vt ex dicendis apparebit: ergo.

2. Conclus.

Dicendum secundo. Genus in hac diffinitione non est natura in communi, prout subest vniuersalitati: hæc est contra primam sententiam: & patet ex quæstione præcedente Artic. 2. nam sicut diffinitum hic non est natura, vt subest generitati: ita genus illius non erit natura communis, vt subest vniuersalitati.

3. Conclus.

Dicendum tertio. Genus huius diffinitionis non est prædicabile, vt sic, nec vniuersale inclusum in particula, quod: prima pars statuitur contra secundam sententiam: & probatur. Genus in qualibet diffinitione ponitur, vt diffinitum distinguatur ab omnibus, quæ sunt extra tale genus: sed prædicabile non est huiusmodi: ergo: probo minorem: indiuiduum est extra genus generis: nam non est vniuersale dicibile de multis: & tamen genus non distinguitur ab illo per prædicabile, vt sic: quia etiam indiuiduum est prædicabile: ergo prædicabile, vt sic, & absolute sumptum, non est hic genus.

Secunda pars est contra tertiam sententiam: & probatur: si vniuersale inclusum in illa particula, quod, esset genus, committeretur nugatio: idem enim bis poneretur in diffinitione generis: ergo. Sequella probatur: nam ponitur per vos vniuersale: & ultra ponitur prædicari de pluribus, quæ est eius diffinitio cum illo conuertibilis: ergo bis ponitur vniuersale: ergo nugatio.

Dices: quod prædicari de pluribus est propria passio vniuersalis: & ita licet ponatur in diffinitione generis, non committitur nugatio.

Contra: quia tunc talis diffinitio esset superflua: quod non est minus inconueniens: si enim ponitur pro genere subiectum, redundat ponere passionem eius.

Quare forte dicent aliter: quod genus est vniuersale inclusum: & totum aliud sequens est differentia.

Contra: nulla differentia constitutiua, vt sic, est resolubilis in conceptus contrahetis, & contrahibilis: sed hoc totum est huiusmodi: igitur non est hic differentia: patet minor: nam prædicari de pluribus est conceptus contrahibilis: contrahitur enim ad esse generis, & aliorum prædicabilium: vt patet: ergo non potest esse differentia constitutiua generis.

Secundo, hæc secunda pars probatur: quia aliter diffinitio generis esset superflua: ergo: probo sequelam: nam sicut in hac diffinitione, homo est animal sensibile rationale: superfluit ly, sensibile: quia quidquid dicitur de animali, dicitur de sensibili: ita in diffinitione generis, si ponatur pro genere vniuersale, superfluit prædicari de pluribus: quia qui dicit vniuersale, dicit etiam de pluribus prædicari.

Dicendum vltimo. Genus in diffinitione generis est vniuersalis diffinitio, videlicet prædicari de pluribus: sumendo prædicari radicaliter: hæc est Doct. vt patet: & probatur tum à sufficiente diuisione: tum etiam: quia talis diffinitio vniuersalis ponitur in hac diffinitione: non vt differentia: vt constat, quia conuertitur cum vniuersali: ergo vt genus: patet etiam ex notabili primo.

Ad argumentū primæ opinionis dico: quod in diffinitionibus concretorum, nunquam pro genere ponitur connotatum: quia sicut ipsum non per se significatur; ita nec per se est genus: sed tale est aliud concretum superius; vt in exemplo posito: quando dicimus: album est disgregatum visus: pro genere non ponitur corpus in communi: sed coloratum: corpus vero sicut est connotatum huius concreti, coloratum: sic vbiunque ponatur per se, connotati semper rationem induet: & cum connotatum non sit diffinitum diffinitionis concreti in communi, ita non potest esse genus talis concreti in particulari: ita in proposito dicendum est.

Ad argumentū secundæ sententiæ: ad primum quod ponitur, prædicabile de pluribus, tanquam genus: sed prædicabile de pluribus est diffinitio vniuersalis: quod est nostrum intentum.

Ad secundum nego maiorem: imo per genus huius diffinitionis debet indiuiduum excludi, ne generis, aut alterius prædicabilis sibi rationem vsurpet.

Ad tertium nego minorem: nam non ponitur hic tantum prædicabile; sed prædicabile de multis: quæ est diffinitio vniuersalis, quam loco ge-

Vlt. concl.

Ad argumentū primæ opinionis.

Ad primam secundam sententiam.

Ad secundum.

Ad tertiam.

Ad argumentū tertie sententiæ dico: quod quamuis vniuersale sit genus ad quinque prædicabilia, nihilominus loco eius ponitur sua diffinitio: tum maioris claritatis gratia: tum etiam ne committeretur nugatio: vt diximus. Beneuerum est tamen: quod Logice, & quidditatiue simpliciter, sic genus diffiniri potest: genus est vniuersale in quid incomplete: sed diffinitio Porphyrij, optima est, & explicatius procedit.

eo generis immediati poni testatur.

Ad argumentū tertie sententiæ dico: quod quamuis vniuersale sit genus ad quinque prædicabilia, nihilominus loco eius ponitur sua diffinitio: tum maioris claritatis gratia: tum etiam ne committeretur nugatio: vt diximus. Beneuerum est tamen: quod Logice, & quidditatiue simpliciter, sic genus diffiniri potest: genus est vniuersale in quid incomplete: sed diffinitio Porphyrij, optima est, & explicatius procedit.

ARTIC. II.

An diffinitio generis sit quidditatiua: an descriptiua?

1. Sententia.

PRIMA sententia iam tempore Doctoris celebris, & nunc à quibus plurimis Thomistis defensata, asserit traditam diffinitionem esse descriptiuam: ita Ammonius, Albertus, & Commentator eorum. vltimo huius capituli: & alij, quos citat, & sequitur P. Barnabas Gallego, controu. 13. & præter argumenta in textu Doct. allata: sic denuo probatur: sicut se habet prædicabile ad vniuersale: ita prædicabile de differentibus specie, ad genus: sed prædicabile in communi est passio vniuersalis: ergo prædicabile de pluribus differentibus specie erit proprietas generis: sed genus in prædicta diffinitione diffinitur per hanc proprietatem: ergo hæc diffinitio est descriptiua.

Arg.

2. Sententia.

1. Not.

Secunda sententia est Doctoris, & omnium suorum cum alijs aduentis, asserens hanc diffinitionem esse veram, & quidditatiuam: pro qua notandum primo, quod secunda generis intentio dicitur prædicari de pluribus differentibus specie in quid: eo quod applicatur aliquibus prædicatis, quæ à parte rei sunt de intrinseca quidditate speciei: vt animalis quod est de quidditate hominis, & coloris: quod est de quidditate albedinis: non vero dicitur prædicatum in quid: eo quod sit de intrinseca quidditate animalis, seu coloris: quia nullū accidens rationis potest esse de quidditate rerum primæ intentionis. Vnde cum genus, & species, sint correlatiua: & vniūm relatiuum habeat, & referri ad suum correlatiuum, & eius relationem terminat: ideo duplicem diffinitionem generis tradidit Porphyrius: quibus hæc duo de genere declararetur. Prima est: genus est id, sub quo species collocatur: secunda: genus est, quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid prædicatur. In prima, vtrumque explicatur: & in primo sensu sic exponenda est: genus est vniuersale, quod refertur ad speciem: vt autem terminat relationem speciei, sic explicari debet: genus est vniuersale, ad quod plures species terminantur. Cæterum, quia terminare est proprietas correlatiui: ideo de prima diffinitione non querimus in præfenti: sed de secunda, quæ melius explicat hoc, quod est genus ad speciem referri licet in hoc sensu, etiam de prima est agendum.

2. Not.

Secundum notandum: quod diffinitio quidditatiua differt à descriptiua: nam ista datur per aliquid extraneum: siue sit propria passio, siue accidens commune: vt in suo loco in Summis diximus: illa vero datur per essentialia, & intrinseca quidditatiua: ideo enim quidditatiua dicitur, quia per essentialia quidditatem diffinitur explicat. Vnde cum quidditas, res, & entitas, recipiuntur: & res, seu ens, tripliciter sumatur, secundum Doct. quodlib. 3. art. 1. scilicet communissime, communiter, & strictissime: & primo modo comprehendit omnem ens rationis, & realiter: sic quidditas etiam comprehendit quidditates rationis: per consequens diffinitio explicans quidditatem generis, seu cuiuscunque secundæ intentionis, per sua essentialia quidditatiua nuncupabitur. Nec obstat ipse Doctor in 4. dist. 1. q. 2. quando ait: diffinitionem quidditatiuam esse solius entis realis: nam loquitur de diffinitione quidditatiua rigoroſa, & strictè sumpta: non vero de diffinitione quidditatiua communis imè, & large acceptæ: quare conditiones, quas ad diffinitionem quidditatiuam ibi postulat, & assignat etiam huic, de qua loquimur, conuenire debent: suo modo.

Tertio notandum ex eodem Doctore in 4. dist. 1. 2. q. 1. lit. L: quod diffinitio quidditatiua est duplex: altera pure quidditatiua, cuius omnes partes pertinent ad essentiam, & quidditate diffinitur: vt animal rationale respectu hominis: alia est quidditatiua per additum, quæ à Doctore quietatiua dicitur: & est illa, in qua: præter essentialia, aliquid extrinsecum additur, quo melius quidditas diffinitur declaratur: vt substantia in diffinitione accidentis: & terminus in diffinitione relatiui.

Dicendum primo, prima diffinitio generis, quatenus explicat genus esse terminum speciei, est descriptiua: hæc est communis cum Ammonio, & Alberto: & patet: nam generi, vt vniuersali, & relatiuum est, accidit terminare relationem speciei: ergo diffinitio explicans illud, vt sic, est descriptiua.

Dicendum secundo, prima diffinitio generis explicans illud, vt relatiuum ad speciem, est quidditatiua: eo modo; quod de secunda diffinitione dicemus.

Dicendum tertio, hæc diffinitio: genus est, quod prædicatur de pluribus, &c. Est quidditatiua per additum: hæc est Doct. in præfenti: & in 4. dist. 1. q. 2. lit. H. & I. prima pars probatur: nam omnis diffinitio constans ex vero genere, & vera differentia est quidditatiua: hæc est huiusmodi: ergo. Probo minorem: nam diffinitio vniuersalis est verum genus illius: & illa particula: de pluribus differentibus specie in quid: est vera differentia: vt dicemus: ergo. Probatur etiam omnibus rationibus Doctoris, quæ faciunt ibi: dicitur ad quæstionem: quæ; quia optimè sunt in littera formate: hic non appono.

Secunda pars est manifesta: nam in hac diffinitione, ultra genus, & differentiam, ponitur ille ablatiuus: specie; tanquam terminus generis: quia vt ait Doct. in 4. vt supra §. de tertio principali, in fine: in diffinitionibus relatiuorum semper ponitur aliquid, vt additum: scilicet subiectum, vel

3. Not.

2. Conclus.

2. Conclus.

3. Conclus.



vel fundamentum, vel terminus: ergo cum genus sit relatiuum, necesse est, vt in illius definitione aliquid, vt terminus, addatur: ac per consequens: quia hic additur; talis definitio est quidditatiua per additamentum.

Ad argumentum.

Ad argumentum dico: quod prædicabile radicaliter, est idem quod vniuersale: quare genus hic non diffinitur per prædicabile: vt est propria passio: sed quatenus idem, quod vniuersale importat.

Ad argumenta in oppositum.

Ad argumenta in textu contra à nobis determinata hic, respondeo: vt ad primum quod solum accidentia realia per substantiam, diffinitione quietatiua, diffiniuntur; secus accidentia intentionalia: & quamuis communis solutio aliorum maiorem argumenti intelligat de accidentibus copulatis, quæ scilicet determinat subiectum: vt simitas in naso; crispitudo capillorum; gibbositas in dorso: nihilominus nos, secundum Doct. 7. Metaph. & in 4. dist. 12. & infra quæst. de denominatiuis, vniuersaliter eam intelligimus: cum hoc tamen fateamur Doctorem prædictam solutionem sequi tanquam manifestiorem: quia in illis accidentibus clarius dictum Philosophi manifestatur: nam licet in se contra illam instantias tamen soluit: inter quas notanda est solutio secunda, & tertia, quæ fatetur naturas omnes aptas genus denominari habere vnitatem proportionis, à qua mouetur intellectus; vt natura: scilicet vni, ab illis abstracta, tribuat generis intentionem: vel etiam posse dici habere vnitatem vniuationis: nam sicut in tertio dist. 13. quæst. 1. habet Doctor: quod recipientia alicuius forme, licet in genere entium differant, non tamen in genere recipientium; quia vt sic sunt eiusdem rationis: sic natura illæ respectu huius, & illius generis eadem. Ceterum secunda solutio, quæ adhibet ad hoc primum argumentum est clarior, & melior.

Ad secundam, tertiam, & quartam, & quintam.

Ad secundam, tertiam, & quartam clara est responsio in textu. Ad quintam dico: quod accidens absolutum, quando diffinitur diffinitione quidditatiua simpliciter, diffinitur per notiora: ceterum talis diffinitio non est propria illius, & ideo per additamentum debet diffiniri: vt patet per Doct. in 4. dist. 12. & diffinitionibus per additamentum, nõ oportet, vt additum sit prius, & notius; quia non est pars essentialis diffinitis: sed quid extrinsecum, sine quo ipsum non potest perfecte cognosci. Nisi dicas: quod tantum substantia, quæ est proprie eñ. absolutum, diffinitur per notiora: secus accidentia omnia: & ita intelligitur Doctor in sua responsione.

Ad sextam.

Sextum, quod est omnibus difficile, sic formatum, vt eius efficacia, & solutio, innorescant: nugatio est dicere, pluribus differentibus: ergo diffinitio generis non est bona: probo antecedens: nam differentia, quæ intelligitur, in ly pluribus, est vna species multitudinis: sicut & diuersitas: ita quod multitudo est genus ad differentiam, & diuersitatem ex 4. & 10. Metaph. ergo sicut differentia sumpta in numero singulari includit multitudinem: sicut species suum genus: ita differentia in nominatiuo casu numeri pluralis in-

cludet multas: quia sicut abstractum, ad abstractum: ita concretum, ad concretum: ergo nugatio est dicere, multis, seu pluribus differentibus: etiam si, ly pluribus, comparatiue sumatur: nam comparatiuum idem, quod positiuum significat, licet in modo diuersificetur: patet hæc vltima consequentia: quia superius, scilicet, multa, præponitur inferiori, scilicet differentibus: ac si in simili diceretur animal homo currit: ergo sicut hic est nugatio: quia dicendo homo intelligitur animal: sic & ibi: quia dicendo, differentibus, intelligitur, multis.

Dices, vt aliqui dicunt: negando antecedens: nam quando præponitur superius inferiori, vt dicendo animal homo currit, non committitur nugatio per figuram appositionis: eo quod si poneretur solum animal, posset quis dubitare, quod animal sit illud: & ideo ponitur, homo, ad significandum, quod animal sit currẽs: bene tamen est nugatio præponendo inferiori superiori: sic dicendo: homo animal currit.

Contra: siue præponatur inferiori superiori: siue è contra; semper committitur nugatio: de primo patet, per Aristotelem 6. Topic. dicentem: si vniuersi h. dicto, id est superiori; addatur particul. h. id est præponatur inferiori, erit nugatio: vt in ista expediens: quia omne iustum est expediens: non tamen è contra: abundans, ergo iustum: id est superfluum: & nugatorium est ponere in diffinitione expediens, ly iustum, vt præcedat ipsum.

De secundo patet per rationes differentiarum superioris, & inferioris: nam ex 7. Metaph. nugatio est præponere pedalitatem bipedalitati: & pedalitas est differentia superior, & bipedaltas inferior: quia animal aliud est habens pedes: aliud non habens pedes: aliud bipes: aliud quadrupes: & quod sit nugatio probat & expliciter: & expositione diffinitionum pro diffinitis: & ex transpositione terminorum: vtroque enim committitur nugatio, id est vnus, & eiusdem dictionis bina bina repetitio: ex primo sic dicendo: pedes habes duos pedes habens, loco istius: animal pedes habens bipes: nam si auferamus bipes: & ponamus eius diffinitionem, duos pedes habes; ly habens pedes, bis inutiliter repetitur. Ex secundo vero probatur: si terminus, qui erat prior ponatur posterior: & è contra: sic dicendo cū Doctores animal bipes pedes habens: vbi est manifesta nugatio: quia quando dico, bipes: intelliguntur pedes, vel pedes habens: ergo si est nugatio, transpositis terminis, eadem erat ante transpositionem terminorum: quia ex primo. Periherm: verba transposita idem significant.

Quare aliter responderet Doctor: quod quando dicitur pluribus differentibus specie: illa dictiones non ponuntur vt partes diuersæ: sicut diffinitæ: aliter conuenit argumentum: sed sequens dictio exponit precedentem: vt intelligitur, quomodo genus prædicatur de pluribus: & ne aliquis posset dubitare; ideo additur differentibus specie: non quod sit particula distincta, sed idem, cum ly pluribus, importans.

Responsio argumenti.

QVÆST.

QVÆST. IIII.

An genus, in actu exercito, prædicetur de specie?

Animal, cum sit genus, de Homine, Equo, & Boue, prædicatur, cap. eodem.



IRCA hanc particulam: genus prædicatur de specie: quæritur an genus prædicetur de specie, loquendo de prædicatione exercita,

Cap. 2.

Tex. com. 30. & 33.

in fundamentis istarum intentionum: vtum hæc sit vera: homo est animal: & consimiles? Quod non videtur: quia pars non prædicatur de toto, per Arist. 4. Topicorum: ideo dicit, eos peccare, qui partem dicunt esse genus. Sed genus est pars speciei, per Arist. 5. Metaph. capitulo de toto: & probatur: quod enim est pars diffinitionis, est pars diffinitis: sed genus est pars diffinitionis: ergo est pars diffinitis.

Item: materia non prædicatur de illo, cuius est materia: sed genus est materia speciei: ergo, &c. maior patet: quia materia est per se in potentia ad illud, cuius est: compositum autem est in actu: minor probatur per Porphyrium in hoc capitulo dicentem: genus esse principium specierum: & dicit, quod conuenit cum secunda significatione: nõ est autem principium formale: quia non distinguit speciem ab alijs: 7. Metaph. tex. com. 49. forma autem distinguit speciem ab alijs: nec efficiens: quia non facit speciem esse in actu: nec finis: quia propter ipsum non est: species: cū sit imperfectius specie: ergo est principium materiale: idè patet per Porphyrium cap. de differentia: vbi probat diffinitionem secundam differentiarum, per hoc, quo differentia habeat similitudinem formæ, genus vero materiæ.

Ad hoc secundum dicitur: quod genus nõ est materia, sed forma: quia per Arist. 7. Metaph. tex. com. 35. omnes

partes diffinitionis sunt sicut forma. Et cum dicitur: forma distinguit: verum est de forma vltimata, & completiua: genus autem non est huiusmodi forma.

Ad secundum, dictum Porphyrij dicitur: quod ipse non dicit, genus esse materiam: sed simile materiæ: quia est indeterminatum.

Contra: forma non prædicatur de composito: sicut nec materia: quia repugnat composito, ratione materiæ, ratione cuius est in potentia.

Dicitur, quod duplex est forma: quædam enim est altera pars compositi: alia vero consequens compositum. Prima, vt anima: & hæc non prædicatur de composito: secunda, vt humanitas, quæ resultat ex compositione materiæ cum forma: huiusmodi forma est genus, & hæc prædicatur de composito.

Contra: forma secunda non prædicatur de composito, nisi in concreto: hæc est enim falsa: homo est humanitas: sic autem, scilicet, in concreto, materia potest prædicari de composito: ergo prima responsio non valet, negando genus esse materiam, & concedendo ipsum esse formam, ad saluandum ipsum prædicari de specie.

Ideo, dicitur aliter ad vtumque argumentum principale: quod pars, vel materia, in abstracto, non prædicatur de toto: in concreto tamen potest: & sic per genus significatur.

Contra: omne concretum est denominatum tantum: si igitur genus prædicatur in concreto de specie, prædicabitur de ea denominatione: probatio prima propositionis: denominatione dicitur, quæcunque ab aliquo solo casu differetia habent denominatione: huiusmodi sunt omnia concreta respectu abstractorum: consequens est falsum: quia genus vniuoce prædicatur de speciebus: non ergo denominatione: quia sunt disparati modi prædicandi. Similiter idem ostenditur in principio secundi Topicorum.

Item: omne concretum significat formam, vt inhaeret subiecto: sed nulla substantia est in subiecto, per Aristotelem in Prædicamentis in capitulo de substantia: igitur nihil significans substantiam est concretum.

Aliter dicitur: quod licet materia, vel

Cap. 30

Proprietate de prima

vel